



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Illvstre Martyrivm Petri Cvbicularij Diocletiani Imperatoris. ex Eusebij  
Cæsareensis Ecclesiasticæ historiæ lib. 8. cap. 6. Certamen forti animo  
exêgit. Anno Christi 302. Marcell. Pap. 6. Diocl. & ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

sanctitatis testimonium luculenta oratione præbuit; inter verba veræ confessionis, spiritum efflauit: & à dolore mortis extraneus, preciosa morte sua hominum mentes ab inuidiæ peste & maledicentiæ veneno liberauit.

**ILLVSTRE MARTYRIVM PETRI CV-**  
*bicularij Diocletiani Imperatoris. ex Eusebij Cas-*

*reensis Ecclesiasticæ historia lib. 8. cap. 6. Certamen forti animo exegit. Anno Christi 302.*

*Marcell. Pap. 6. Diocl. & Max.*

*Impp. 19.*

Vide Cæf.  
Baro. Tom.  
2. Annal.

12 Martij.

**E**X omnibus qui vnquam vel apud Græcos, vel apud Barbaros propter animi magnitudinem illustres, & hominum sermone celebrati sunt, nullus cum diuinis & eximijs nostri temporis martyribus Dorotheo & suis sodalibus, Imperatorum ministris comparari potest, qui quidem cum summum honorem apud dominos adepti fuissent: & amore essent apud illos liberi proprijs & ingenuis non inferiores, probra & afflictiones pro pietate corporibus impositas, noua & multiplicia mortis genera, contra ipsos excogitata, splendidiore reuera existimârunt diuitias, quàm gloriam; quàm delicias, quibus hominum vita solet diffuere. Mortem igitur vnus ex illorum numero qualis fuerit, commemorare placet, eamque lectoribus spectandam relinquere: vt inde, quæ reliquis etiam sodalibus contigerint, animaduerti possit. Quidam illorum in ciuitate Nicomediæ coram Imperatoribus in medi-

Atrociter  
flagellis ex-  
ditur.

N n n

eras

934 MART. S. PETRI CYBICVLARII  
 erat imperatum, præstaret. Sed ubi ista perpeffus,  
 constans & immutabilis perfisteret, de reliquo  
 ossibus eius iam carne nudatis, acetum sale per-  
 missum, in corporis membra cruciatu attenuata,  
 & propè contabefacta infuderunt. Atque ut istos  
 dolores protriuerat, & veluti pedibus conculcá-  
 rat, indè craticula & ignis vnà in medium tra-  
 huntur, & reliquiæ eius corporis, tanquam  
 carnes ad comedendum paratæ, ignis incendio  
 non raptim (vt breui è vita decedens, omni dolo-  
 re liberaretur) sed paulatim absumptæ fuerunt.  
 Neque qui eum imposuerant in rogam, etiam  
 post tot tamque grauia cruciamenta, ei vllum re-  
 spirandi locum dare in animo habebant, nisi pri-  
 us se ipsorum imperata facturum annueret. Sed  
 ille proposito suo mordicus adhaerescens, victor  
 in tormentis animam efflauit. Tale vnus regionū  
 famulorum martyrium extitit, appellatione sua  
 (Petrus enim nominatus fuit) reuera dignum.

Affatur in  
 craticula,

Moritur in  
 cruciamen-  
 tis,

Vide Cæsar.  
 Baro. in not.  
 marty. Rō. &  
 Tom. 9. An.

VITA S. THEOPHANIS, QUI ET ISA-  
 CIUS dictus est. ex ea quæ est apud Metaphr. Obijt  
 diem extremum Anno Redemptoris 816. Leonis  
 3. Papæ 21. Leonis Armeni Iconoclastæ  
 Imperator. 3.

12. Martij.

Patria The-  
 ophanis  
 Constanti-  
 nop.  
 Parentes,

**T**vlit virum hunc admirabilem illa patriâ,  
 quæ imperij dignitate decorata, cæteris tã-  
 tum omnibus antecellit, quantum Regi-  
 nam subditis præstare par est. Parentibus talia  
 patria dignis ortus est, qui & diuitiarū copijs, &  
 militari gloria, & virtutibus omnibus affuebat.  
 Isaacius & Theodora, si quid etiam vobis nomen  
 est curæ vocabantur. Puer adhuc trimulus Impe-  
 ratori curandus gubernandusque à patre relictus  
 est; à quo cū virtutes præclara indole dignas hau-  
 sisset